

Peter Wasmund Christoph Pauli

Disputatio Iuridica Ex Vastissimo Oceano I. 3. ff. de Iustic. & Iur. I. I. C. Unde vi, & caeterarum parallelarum derivata,


Rostochi[i]: Pedanus, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730897125>

Druck Freier  Zugang



Wasmund - Pauli - Kant.
1621.



6

~~14~~

Quod Deus benè vortat
DISPUTATIO JURIDICA
EX VASTISSIMO OCEANO
l. 3. ff. de Justic. & Jur. l. i. C. Unde vi,
& cæterarum parallelarum derivata,

QUAM
Consensu & auctoritate Ampliſſimi ꝑctorum
Ordinis in famigerabiliſſima ad Varnum
Academiâ

PATROCINANTE
VIRO CLARISSIMO, CONSULTISSIMO
Dn. PETRO VVASMUNDT
J. U. D. Dicasterij Megapolensis Advocato & Procuratore
Ordinario, Favitore ac Præceptore ætatem
æſtimando

Publica censura ſubijcio
CHRISTOPHORUS PAULI
Grimmâ-Pomeranus.

*In Auditorio Majori horis à 7. antemeridianis
die Septemb.*



ROSTOCHI
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXI.

1621



PATRIBUS PATRIÆ
U I R I S

Nobiliss. Amplissimis, Prudentissimis

DN. STEPHANO STUVEN }
DN. JOHANNI SCHULTETO } Consulibus.
DN. JOHANNI MEINEKEN }

DN. NICOLAO Prangen
DN. JOHANNI AVEN
DN. GERHARDO AVEN
DN. DANIELI Ramscher
DN. JOHANNI Simons

Senatoribus Reipublicæ GRIMMENSIS
*meritissimis, vigilantissimis, Affinibus, Cognatis,
Favitoribus ac Patronis Meis Magnis*

Quos

AMO, COLO, VENEROR.

Disputationem hanc, ne infælix Cadmi
filia, illocata & indotata domi sedeat

L. M. Q.

Despondeo, Propriam dico, eloco

Christophorus Pauli
Auctor & Defendens.



Anteloquium.

Constituit quidem Natura inter homines cognationem l. 3. ff. de iustic. & iur. verum quia quodammodo humana natura labitur ad delicta Nov. 5. c. 2, quam plurimi omni humanitate seposita, non modò alijs insidiari, sed etiam naturæ ipsi vim inferre, connatam ac ingeneratam cognationem expectorare, ac planè subvertere conantur. Eapropter Juris illa portio, quæ hac in parte huic tali hominum malitiei medetur, & agit de Necessaria defensione non immeritò eximijis eulogijis à ter maximis Themidos Sacerdotibus insignitur; *sacrosancta & necessaria* à Georgio Obrecht in *proæ. tractat. de necess. defens. gravissima atq; adèd utilissima, quæ omnium animos suavi jocunditate demulceat* à Francisco Zoanetto *defensio. tripart. part. 1. n. 1. amœna ac delectabilis* à Fortunio Garcia ad d. l. 3. ff. de iust. & iur. in *pr. appellatur*. Sed frustra sum, si talia multa conglobare haveam. Nullà tubà, nullà taratantarà hec opus; Sol enim *facibus illustrari non indiget c si omnia & quest. 1. arg. l. 1. ff. de in integr. restit.*, neq; illud quod tam est cottidianum in dicasterijs, & Principum aulis tam familiare atq; obsonium in prandio, ullà deprædicatione. Quapropter missis ijs, quæ de insigni hac materia anteloquij loco dici poterant, volup' est eam ipsam *longè ac latè diffusam, imò latissimè dispersam, attestante Valentin. Voltzio in commentar. suo ad L. Cornel. de Sicar. c. 7. n. 1. & 2. paucissimis positionibus includere ac coangustare, & normam l. 3. ff. de iustic. & iur. & l. 1. c. Unde vi, quæ sunt hujus materiæ claves & ordinariæ sedes, utputa in quibus ejus vis ac nucleus haut secus ac avellana cortice, involutus deliteat, comprimis sequi. Esto igitur hæc meæ præsentis opellæ forma.*

POSITIO I.

Quantumvis idèd regularitèr LL. sacrosancta sit reperta reverentia, & Judicialis auctoritas in medio posita, ne quis *χεῖρων νόμος* seipsum vindicet, l. 14. C. de iuda. & Calio. l. 13. ff. de usufruct. l. 9. C. solut. Matrim. l. 13. ff. Quod met. caus. l. 176. ff. de R. l. 1, ubi tamen periculum in mora, ut ope Judiciali & per legitime

ramites calumniantium iniquitates expelli nequeant, privatis etiam
 ad Jus suum obtinendum Extrajudicialis defensio concessa est, no
 expectatâ Judicis auctoritate, vulnus accipiant, quod postmodum
 nullò emplastrò Judiciali sanari possit *d. l. 3. ff. de l. & l. l. 45. §. 4. ff.*
ad L. Aquil. l. 1. C. Unde vi l. 1. C. quando lic. Unic. sin. lud. se vind. l. 1. §.
27. ff. de vi & vi armat. Philip. Marth. ad d. l. 176. n. 10. & 11. Obrecht de
necess. defens. c. 3, n. 8. & seqq. Bocerus de bello & duello lib. 2. c. 9. per ros.

II.

Hinc vim vi repellere ac injurias imminentes vel jam illatas
 etiam cum interneccione inferentis extrajudicialiter averruncare,
 non modò permittere sed magis jubere omnia jura videntur *l. 45.*
§. 4. ff. ad L. Aquil. Hilliger in Donell. Enucl. p. 1. lib. 1. c. 5. lit. E. in fin. Hæc
 namq; non scripta sed nata lex est & c. *Cic. in Miloniana.* Non aliò
 sine leonibus robur, apibus aculei, tauris spontè nascentia cornua
 data sunt, quam ut lacessiti in sui protectionem jis utantur, *Arum.*
disp. 1. ff. th. 1. Et quis nescit, ut est in veriverbio, etiam formicæ
 suam inesse bilem? Vapor quoq; in nubibus pressus exclamat, & ti-
 midissimis feris sua arma necessitas ostendit, *ut ait nostri ævi Satyricus.*
 Ut verò alios ita etiam nosipfos lædere prohibemur, cum DE I
 præceptum sit generale, Non occides, nec alterum igitur nec te,
 neq; enim aliud occidit quam hominem, qui se occidit, & nemo,
 sit membrorum suorum dominus *l. 13. ff. ad L. Aquil.* Ideoq; *αὐτόχει-*
ρες isti, prout loci fert observantia honestâ sepulturâ privantur, &
 communem cum canibus fortiuntur tumultum. In quibusdam locis
 cadavera ipsorum in profluentem projiciuntur, in alijs suspendun-
 tur, alibi etiam non per ostium, sed foramen sub limine factum fu-
 nibus extrahuntur, quod ejusmodi *αὐτόχειροι* indigni sint eodem
 ostio ac limine uti, per quod vivi exierant *Iul. Clar. §. fin. quest. 68.*
n. 37. in fin. quest. 51. n. 15. Burchard. in appendice ad Voltz. ad L. Cornel. de
Sicar. n. 7. & seqq.

III.

Est autem Defensio Necessaria (quæ nostrate linguâ dicitur
 Ein Nothwehr; oder getrengeter Todtschlag. Constit. Crim. Carol.
 art. 140.) nihil aliud quam instantis vel jam illatæ vis atq; injuriæ
 proportionata propulsio, *Obrecht. d. tract. c. 4. n. 1.* Quæ ratione
 Objecti non incommodè dispescitur in Personalem quando quis à
 se, &

se & Realem quando quis à rebus vim repellit. Utraq; verò subdivi-
di potest in Propriam, quam quis pro suâ suarumq; rerum salute, &
Alienam quam quis pro personarum & rerum alienarum incolumi-
tate & tutela suscipit.

IV.

Efficiens Remota est Jus Gent. l. n. 3. utpote quò moderamen
inculpatæ tutelæ defensionis necessariæ accessit. Nam licet simplex
defensio, seu ut loquitur Marius Salomonius ad d. l. 3. n. 14. actus defen-
sionis à communi natura sit, tamen adjectio justitiæ, & per conse-
quens qualificata vel modificata defensio J. G. accepta ferenda est.
Proin' illud quod genericè in l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. (*Vim vi defen-
dere omnes L. L. omniaq; jura permittunt*) propositum, per omnes spe-
cies derivari debet, ut defensio sit J. N. respectu inclinationis, J. G.
respectu moderaminis inculpatæ tutelæ, quod postea melius Jus
civile enodavit. Arum. disp. 1. ff. sb. 1. Hunn. vol. 1. resolut. Treutler. disp. 1.
sb. 4. quest. 20. pag. 36. Obrechts d. tract. c. 4. n. 9. & seq. Pauld aliter Zoanett.
defens. tripart. part. 1. n. 18. & seqq. Garcias ad l. n. 3. n. 1. & seqq. Iul. Pacius
sent. 1. τὸ ἀντιπροσώπων q. 1. Bocerus de bell. & duello. lib. 2. c. 10. n. 18. &
seqq. Dis. omninò Corasius in tract. de Jur. Civil. in artem redigendo part. 2. c. 8.

V.

Propinqua est vel Agens vel Instrumentum agendi, quando
quis ad sui defensionem, quæ nunquam immediatè sed mediatè,
instrumento scilicet aliquo fieri solet, gladium, pugionem, fustes,
lapides, hastam, bombardam, cultellum, cucumam, &c. adhibet
Obrechts. d. 2. c. 5. n. 2. & 3. Dispalescit hinc neutiquam tolerandum,
insignem illum errorem, quò non pauci incapistrati, qui certum ar-
morum genus præscribunt, ac paritatem eorum præcisè desiderant.
Nuspian enim in Jure legitur æquò Marte & paribus armis vim esse
propulsandam. Dein' huic armorum requisito ipsa defensionis na-
tura resistit, quæ quippe in continenti, h. e. in ipsa adhuc ardente
pugna & conflictione, non verò demum ex intervallo h. e. cum
jam pugna restineta atq; sedata est, fieri debet, Voltz. ad L. Corn. de
Sic. c. 7. n. 176. Quis autem semper paria arma in promptu habet,
quibus aggressori ex ἀεὶ ἀρπύων ac benè instructo venienti resistat?
Theodoricus in Colleg. Criminal. disp. ult. sb. 5. lit. A. Explosa itaq; Arith-
metica illi proportione, dico hanc armorum similitudinem cum in

æquilibrio civili consistat, cui cæta lex dari nequit, potius Geometricâ proportionem æstimandam. Ita si robustior baculo inferiorem adorturus plus vel tantundem bacillo posset ac alius gladiò, jam esset defensio ad offensionem æqualiter proportionata, non quidem præcisè sed per analogiam. *Ayer. process. histor. part. 1. c. 1. Obs. 3. n. 20.*

VI.

Agens defensionis causa est Homo, prout à quo principium motus oritur, quiq; est causa princeps causam instrumentalem movens & reapse vim propulsans. Nec refert cujus ætatis, sexus aut conditionis sit, cum defensio æquabili vultu indistinctè omnes aspiciat, quod innuit particula Quisq; *in n. l. 3.* & ibi subiecta omnibus conveniens ratio, propter quam ne diabolo quidem auferendam esse defensionem auctoritat *Vvesemb. part. 1. consil. 19. n. 4. & 11.* Sudant hæc miràm iæterpretes, Utrum etiam illi, qui per sententiam Cameralem in bannum Imperij sunt declarati vim vi repellere possint? Non puto. Nam eos qui per sententiam declaratoriam banno innodati sunt, quilibet offendere potest vigore *Ordin. Cam. Imp. part. 2. tit. 9. §. So Jemandes vers. So bald auch der/ ibi, Sollen des oder derselben Leib und Gut aller männiglich erlaubt sein etc.* Ubi autem licita offensio, ibi illicita defensio. Cum itaq; cuilibet sit facta potestas bannitum occidendi, intelligitur quisq; in locum magistratus eo nomine surrogatus. *Gasil. lib. 2. de P. P. c. 1. n. 23. & seq. Iacobus Novell. in tract. ad defens. n. 90. Zornett. defens. tripart. part. 1. n. 33.* Vid. etiam tractatus *Von der Reich oder Festung* ad calcem *Processus Chiliani Königs* impressus, cujus auctorem incertum esse putat. *Moller. lib. 2. Semestr. c. 24. n. 1. Disß. Salomon. ad l. n. 3. n. 19. Obrecht. d. 11. c. 5. n. 10. & 11.*

VII.

Subjectum defensionis est ipse Oppressor & Offensor contra quem nos defendimus. Competit autem defensio contra omnes violentos aggressores, quia est inventum Juris Naturæ, secundum quod omnes homines sunt æquales *l. 32. ff. de Reg. Jur.* illudq; semper & ubiq; in omnes eandem vim exercet, sicut ignis peræq; hic ac in Persia urit, *ut loquitur Aristot. lib. 5. Ethic. c. 10.* Deinde nec L. L. inter personas distinguunt, sed generaliter loquuntur, ergò & à nobis haut restringendæ. *l. 1. §. 1. ff. de legat. præstand.*

Ek-

VIII.

Eleganter hinc *Obrecht d. tr. c. 6. n. 3. & seqq.* duo generalia axiomata exstruit: 1. Quilibet contra quemcumq; vim atq; injuriam inferentem se defendere potest. 2. Non potest quis contra illos se defendere qui vim ac injuriam non inferunt. Inter offensionem enim & defensionem mutua est relatio & respectus, relatorum autem tanta est inter se connexio, ut alterum sine altero nec esse nec intelligi possit *Voltz. ad l. Corn. de Sic. c. 7. n. 133. & seqq.* Iccirco Liberi Parentibus *l. 3. C. de patr. potest;* Discipuli Præceptoribus *l. 5. §. ult. ff. ad L. Aquil.,* Servi Dominis *l. 7. §. 2 & 3. ff. de injur. l. un. C. de Emendat. Serv. Subditi Magistratui l. 3. §. 1. ff. Quod mor. caus. l. 29. §. 7. vers. si quid ff. ad L. Aquil.* Uxor Marito *Bartol. in l. 11. C. de repud.* moderatè castigantibus non possunt resistere. Si tamen Parentes metam præscriptam transfiliant (jus enim castigandi habent, non occidendi) quantum, si minimè mortiferos ictus reprimere ac debilitare queant, mortem imminentem, etiam cum parentum interneccione declinare possint liberi nullum est dubium. Patria enim potestas, quæ olim vitæ & necis jus, *quod Bodin. lib. 1. de Republ. c. 4. casso nisi in usum possiminiò revocare adlaborat,* continebat *l. 11. in fin. ff. de lib. & posthum.* ut scilicet metu liberos in officio continerent, *Halitarnas, lib. 2. c. 4. exemplo sanctionis de debitoribus secandis Gell. lib. 10. c. 1. ad pietatem rectè redacta est l. 3. l. fin. C. de patr. potest l. un. C. de emendat pro-pinq. l. un. C. de his qui parent. l. liber occid. l. 5. ff. ad L. Pompei. de Parricid.* Et hoc congruit cum verbo DEI. *Deut. 21. v. 18. & 19. Schonborn. in Polit. lib. 1. c. 7. Dn. Matthias Stephani vol. 1. part. 1. dist. 4. ff. th. 15. Harprechte ad §. 5. l. de public. lud. n. 203. In dissentionum pelagus navim insectant Obrecht d. tr. c. 6. n. 16. & seqq. Voltz. ad l. Corn. de Sic. c. 7. n. 13. 30. & 33.* Non minus Præceptores de excessu tenentur *l. 5. §. ult. ff. ad L. Aquil.,* Eorum enim nimia sævitia culpæ adsignatur *in l. 6. ff. eod.* Et Domini laxâ illâ herili potestate coarctata, & servitute crudâ, quæ ingenuitatem invaserat, à cujus commemoratione aures & animi nostri abhorrent, eliminatâ *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 5.* Ita Magistratui, etiam ipsi Imperatori si de facto & contra jus alicui vim inferat rectè resistitur *l. 5. & 7. C. de lur. fisci,* quia eidem alteri injuriam inferre non licet *l. 32. ff. de lur. Si itaq; strictò gladiò subditum invadat, justè ubi fugæ non est locus, neq; medium inter summum & præcipitium illata*

illata vis potest repelli. Sic etiam si castigatio Mariti præscriptos limites exorbitet, inq; atrocitatem l. 8. §. 2. C. de repud. prohibitam degeneret, quin Mulier ita in angustia constricta ac arctata, ut aliter atq; repercutiendò ac Maritum planè interficiendo, se salvare nequeat, possit ictus ictibus, vim vi retundere nullus dubito. *Arnisæus de iur. conub. c. 7. sect. 4. n. 10. Obrecht d. tr. c. 6. n. 50. & seqq. Voltz. ad L. Cornel. de Sic. c. 7. n. 56, qui idem n. 69. jocose monet*, ut in castigatione Uxorùm eam moderationem Mariti adhibeant, quò dentes maneat salvi & integri, ne deinceps edentulas majori sumptu in comparandis cibis delicatioribus alere cogantur.

IX.

Posterius axioma, atq; primo obtutu videtur, neutiquam excludit illos, qui sunt emotæ mentis ut vim atq; injuriam inferre nequeant, quales sunt, furiosi, Ebrij, dormientes, noctambuli &c. quibus annumeranda omnia ἀλογα animalia. Nam mentis exilium in ipsis nihil impedit, quò minus propter insultum in nos factum impunè occidi queant t. t. ff. si quadrup. pauper. feciss. dic. l. 3. 4. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. & sufficit factum, licet animus lædendi desit l. 1. §. 11. ff. si quadrup. paup. l. n. 3. ubi Dd. Voltz. ad L. Cornel. c. 7. n. 9. Bocer. de bell. & duell. lib. 2. c. 10. n. 17. Obrecht. d. tr. c. 6. n. 56. & seqq.

X.

Constitutur Defensionis Objectum duplex, Primarium & Secundarium. Primarum sunt personæ, de quibus LL. principaliter loquuntur; has dividunt in Proprias, Necessarias & Extraneas. Propriæ quin rectè defendantur extra omnem dubitationis aleam est positum. An etiam necessariæ ancipiti Marte inter Dd. pugnantum. Suffragatione verò LL. assevero quod quidem defendi, sed non cum internectione aggressorum debeant, quoniam omnia Jura tantùm de defensione propria agunt, sine LL. autem loqui cur non erubescerem Nov. 18. c. 5? Vaud. lib. 2. quest. iur. quest. 29. Obrecht. d. tr. c. 7. n. 7. & seqq. Idem observandum reor in Extraneis. Hujus loci est illa quæstio, An quis Jure teneatur ad defensionem alterius si modò sine propriæ vitæ periculo institui possit? Et in hac quæstione adversis frontibus Dd. concurrunt, vero tamen similior videtur affirmativa. Nam id tenetur quis alteri præstare, quod sibi non nocet & alteri prodest l. 2. §. 5. vers. quanquam ff. de aq. & aq. plu.

plur. arcend. interestq; hominis cujusvis beneficiô affici hominem.
l. 7. ff. de ser. v. exportand. cum natura cognationem quandam inter nos
 constituerit *l. n. 3.* & sane culpâ non caret qui scit & prohibere potest,
 nec tamen prohibet, ut à contrario sensu ad *l. 50. & 109. ff. de Reg. iur.*
 argumentum duci potest. *Harprecht. ad §. 5. I. de Publ. iudic. n. 131. & seqq.*
Burchard. in appendice ad Voltz. c. 7. n. 27. & seqq. Bocerus de bell. & duell.
lib. 2. c. 10. n. 4. & 5. Obrecht. d. tr. c. 7. n. 42. Philip. Matth. ad l. 50. ff. de R. I. n. 10.
uz. ad fin. Diss. Barcolus cujus sententiam Baldus adeo improbat, no-
 tante *Matthæo d. l.* ut eum propterea in inferno torqueri ac cruciari
 scripserit, & plures alij numero opaco.

X I.

Secundarium Objectum sunt res in patrimonio nostro existen-
 tes, quas *gl. in l. 14. verb. vitam C. de advocat. divers. iud.* alterum homi-
 nis sanguinem appellat. Transductum est in quæstionem, ane pro
 his tuendis, ut pro tuendo corpore invafores non tantum repellere,
 sed etiam occidere liceat? Negativa perplacet. 1. Quia nulla est pro-
 portio inter hominem, creaturam nobilissimam & res vilissimas
l. 2. ff. de stat. hom. l. 44. ff. de ædific. Edict. l. 21. C. de SS. Eccles. quippe ad
 quem si rem conferas, crepusculum ad lucem meridianam, plum-
 bum ad aurum, vitrum ad gemmas conferri deprehendes, *Harprecht.*
ad §. 5. I. de publ. iud. n. 180. 2. Quia vita hominis nisi in continenti de-
 fendatur, semel amissa recuperari nequit, res verò ablata legitimis
 remedijs, actionibus & interdictis possunt, Ergò utrobiq; idem jus
 militare non debet. 3. Quia hoc ipsum apertè negatur in *l. 52. §. 1. ff.*
ad L. Aquil. Plures rationes apud auctores consentientes *Harpr. d. l.*
n. 172. & seq. Fachin. lib. 1. controu. c. 31. Obrecht. d. tr. c. 3. & 8. per tot. vi-
deri possunt. Dissentit alios inter novissimè *Theodoricus in Colleg. Criminal.*
diss. ult. sb. 4. ubi mordicus contrariam sententiam propugnat & no-
 stram argumentis haut chymericis, quorum *Agellon* discursus da-
 bit, impugnat.

X II.

Ut naturaliter sine sanguine, ita civiliter sine bona fama vivere
 non credimur. Hinc meritò crudelis cluet, qui famam suam, rem
 inæstimabilem & omni commodo pecuniario præferendam *l. 20. ff.*
si quis omissa caus. testam., negligit, *c. non sunt audiendi 11. quæst. 3.* cum fa-
 mæ damna majora sint, quam ut æstimari possint, *Livius lib. 3. decad. 3.*
 & non minor sit infamæ timor, quam mortis *l. 8. §. 2. ff. quod met. caus.*
 An autem illos qui eam allatrant, jure occidere possimus quæstionis

B

est

est bene vexata? Quia autem quos Magistratus sua potest componere Jurisdictione, eos ad arma & rixam procedere pati non debet *l. 13. §. 3. ff. de Usufruct.* & hi qui injuriæ affecti sunt præsentissima in jure alexipharmaca habent, quæ famam salvam ac incolumen servare valeant, capital foret, hoc illis velle largiri, quod *L. L.* nolunt. Nemo certè se cum cæde alterius defendere potest, nisi se aliter tueri nequeat *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* atqui hi remedio Juris licem tentando se tueri possunt *l. 1. §. 1. ff. de Injur.* si verò Judiciali hac vi interpreti seiplos defendere volunt, extrajudicialiter retorsione uti poterunt *l. 25. ff. de procurat. l. 14. §. 6. ff. de bon. libert. Gail. 2. Obs. 100. n. 5. & seqq. Uerpr. ad §. 5. l. de publ. lad. n. 155. Obrecht d. tr. c. 9. n. 4. & seqq.*

XIII.

Pudicitia, quam Virorum pariter ac foeminarum præcipuè firmamentum *Valer. Maxim. lib. 6. c. 1.* nominat, eò quod sincerum Juvenex florem, ne marcescat, perennare faciat, accurata ratio habenda est *l. 3. l. 8. §. 2. ff. quod met. caus.* adeò ut etiam pro defensione attentatæ pudicitia justissimè violentus stuprator occidi possit *l. 1. §. 4. ff. ad L. Cornel. de Sic. & l. n. 3.* præsertim cum hic similis militet ratio, quæ in vita jactura. Et ideò maximè quoniam copia Judicis haberi, & injuria illata legitimè per magistratum vindicari nequit, ut persona læsa per publicam vindictam illæsa credatur. Nam densam nubem, quæ virginitatis solem obtenebravit, nulli Magistratus radij dissipare aut discutere possunt *l. un. in pr. C. de rapi. Virg.* Unde *D. Hieronymus in c. si Paulus 32. q. 5.* audenter, inquit, loquar, cum omnia possit Deus, suscitare Virginem post ruinam non potest. *Hann. vol. 1. resol. Treutler. disp. 1. th. 4. q. 21. pag. 39. VVesemb. in parat. ff. ad L. Corn. de Sic. n. 21. Arum. disp. 1. ff. th. 4.*

XIV.

Forma defensionis consistit in Moderamine inculpatæ tutelæ. Ex quibus autem illud æstimari debeat, cognitu non adeò est facilè. Glossa in *l. 1. C. Unde vi* ponit in tribus, Modo, ut defensio periculo præsentis sit proportionabilis, Tempore, ut in continenti & confestim fiat repercussio, Causa, ut propulsatio fiat ad defensionem non vindictam. Hanc gl. considerationem *Voltz. ad L. Corn. de Sic. c. 7. n. 130.* superfluam vocat, cui ad stipulatur *Obrecht. in d. tr. c. 10. n. 5. & seqq.* ubi aliquot absurda, quæ hæc consideratio parturit, proponit, ideoq; hanc Moderationem propulsandi verbo in *n. l. 3.* tria importante,

tante,

vante, compendiosè describi arbitratur. 1. Quod nemo vim atq; injuriam ferre teneatur. 2. Quod semper vis atq; injuria debeat adesse. Est autem hæc vel Illata, vel Imminens, utramq; rectè propulsamus. Primus ictus non expectandus, offensio, quæ est in potentia sufficit. Potentia enim, quæ actui proxima est, censetur esse in ipso actu *l. 1. §. 21. l. 18. §. 2. ff. de acquirend. possess.* Quando itaq; quis videt adversarium suum se præparare ad offendendum, puta assurgendo, se incurvando ad terram ad accipiendum lapides, è theca sagittas & bombardam depromendo, aliave arma stringendo, ob solum conatum potest vim ingruentem propulsare *l. 4. §. 5. ff. ad l. Aquil. l. 2. §. 3. C. ad L. Cornel. de Sic.* Ubicumq; enim cunctatio periculosa, justum est pravenias *l. 1. quando lic. Unicusq; l. 4. C. ad L. Cornel. de Sic.* & præstat in tempore pravenisse, quam post vulneratam causam remedium querere *l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. Zoanetti defens. tripart. part. 2. n. 44. Salom. ad l. n. 3 n. 2 in fin. §. 3 & 8 Voltz. ad L. Corn. de Sic. c. 7 n. 27. & ibi Burhardus in notis Obrecht. d. 11. c. 11. n. 16. Bocerus de bello & duello c. 10. n. 33.* Hanc sententiam corroborat, Carol. constit. crim. artic. 130. circ. fin. his verbis, *Esst auch mit seiner Regenwehr / biß er geschlagen wurd / zu warten nicht schuldig.* 3. Quod propulsatio cum offensione commensuranda sit, nec eam excedere debeat. Cæterum moderamen hoc certâ regula comprehendere nequit, cum an quis adversarium suum in rixa se defendendi & tuendi, vel vindicandi & ulciscendi causa occiderit, neq; constitutione ulli, neq; Juris auctorum quaestione decidi possit, quandoquidem sit magis facti quam Juris, arg. *l. 32. ff. de Usur.* Idcirco Judicis arbitrio est committendum, qui arbitrabitur, an quis in meris defensionis finibus steterit, necne. *Obrecht. d. 11. c. 11. n. 73.*

XV.

Sunt qui in obvios quosq; arietant, & se Trojam expugnasse somniant, si alios ad duellum provocent; quaritur autem anne provocatus comparere debeat? Nego, nisi insimul corpori vis infligatur, & rixa ad verbera incrudescat. Nam (1.) absq; Principis decreto nemo in arenam descendere potest, arg. *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. n. 3. ff. de l. §. 1.* 2. Quia ejusmodi defensio degenerat in ultionem, quæ in sacris literis & LL. severè est prohibita, *Levit. 19. v. 18 Deut. 32. v. 35. l. 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 14. C. de lud. §. Calic.* aliter enim honorem suum defendere potuit, Ergo ad violentam ultionem

profligare non debuit, quia quamdiu quis venire potest per directum non debet progredi per indirectum, & ad extraorbitantia non nisi extremò necessitatis casu decurri assolet *l. un. C. quand. lic. unic. l. 14. ff. de L. L.* Falsissimum autem est, quod fiat infamis, qui non compareat, & detestabilis est Germaniæ consuetudo, ubi propterea mappa refecatur, ubi talis sedet *Agric. in Epist. de congressu Friderici Imp. cum Carolo Burgund.* Neq; perditu ac profligati alicujus hominis maledictis ullius gloria, dignitasq; violatur *l. 25 ff. de procurat.* Neq; etiã ulla heic est vera fortitudo, sed muliebris mollities *Nov. 69. in pr.* Si vitæ illos tædet multæ patent ad interitum viæ, ut provocanti Pyrrho ad duellum de regno decernendo rectè respondit Antiochus, *Plutarch. in Pyrrho. Vid. Obrecht d. tr. c. 11. n. 30 & seqq. Bocer. de bell. & duell. lib. 2. c. 8. n. 16. Harpr. ad §. 5. l. de publ. lud. n. 166. & seqq. qui largiori stilo hanc materiam prosequuntur.*

XVI.

Principalis Defensionis Finis ex intentione ipsius agentis profluens est Tutela *l. n. 3.* Accidentarius præter agentis seu defensoris intentionem accidens est Occisio aggressoris *Obrecht d. tr. c. 17. n. 1. 2. & 3.* Quapropter aggressor non ab alio, sed seipso lædi censetur, *Clem. un. de homicid. l. 52. §. 1.* ibi, culpa enim penes illum *ff. ad L. Aquil. cum necessaria defensio doli præsumptionem excludat c. un. 2. F. 27. Gail. lib. 2. Obs. 110. n. 4.*

XVII.

Effectus defensionis in eo consistit, quod per inculpatam tutelam vis illata, vulnera, debilitatio, cædes excusentur, quia quod fit ex actu jure licito non est punibile *l. n. 3 & innumeris consonis, Carol. Constit. Crim. art. 139. ibi, Niemand's nicht schuldig / & seq. artic. ibi, ohne alle straffe.* Quinimò qui in defensione adversarium mutilat vel occidit, nec civiliter de damno operarum amissarum, aut ullò aliò redintegrandò, uti nec de expensis in curationem debilitati aut occisi erogatis vel ipsi vel ejus heredibus refundendis tenetur, quia quod fecit jure fecit, nemini verò facit injuriam vel damnum, qui suo jure utitur, & juris exsecutio non habet injuriam *l. 55. ff. de R. l. unde occiso potius quam defensori damnum est imputandum. Obrecht d. tr. c. 12. n. 9. & 10.*

XVIII.

His cancellis moderamen inculpatæ tutelæ delineatum est,
quos

quos si quis transgrediatur, capitaline L. Cornel. an verò Extraordi-
 nariæ pænæ sit subjugandus, non convenit inter Dd? Utraq; sen-
 tentia aliquammultos magni nominis sortita est propugnatores:
 Posterior tamen veritati magis videtur affinis. i. Quia ut pæna stata
 & ordinaria locum habeat, verus & expressus dolus requiritur l. 1.
 C. ad L. Corn. de Sic. l. 1. §. 3. ibi; animo occidendi, l. 7. l. 16. ibi, dolore malo
 ff. eod. Gail. lib. 2. Obs. 100. n. 11. & 12. & Obs. 110. n. 15. at in provocato
 non præsumitur dolus & animus occidendi, aut mutilandi vel vin-
 dictæ studium, sed potius defensionis necessitas Boyer. d. bell. & duell.
 lib. 2. c. 10. n. 60. 2. Quia meritò irritati animi habenda ratio. Valer.
 Maxim. lib. 8. c. 1. Ignoscendum enim est ei, qui se voluit ulcisci pro-
 vocatus l. 14. §. 6. ff. de bon. libert. & qui justum dolorem temperare
 non potuit l. 3. §. 3. ff. ad SC. Syllan. l. 4. C. ad L. Iul. de adult., imò im-
 putandum est aggressori, qui causam delictorum praubuit l. 6. C. ad
 L. Iul. de vi public. Dn. Matthiæ Stephani vol. 1. part. 1. diss. 4. ff. ib. 22. Et
 sanè commoto animo, necessitateq; defensionis circumstante, ver-
 bera non dantur ad mensuram, neq; provocatus stateram, quâ ictus
 æqualiter commensuret in manu habere potest, ut non aliter offen-
 dat, quam velit, VVesemb. part. 1. consil. 19. n. 9. Carol. Constit. Crim. art. 146.
 Ideoq; quemadmodum Geometræ seu Architecti inæqualia spacia
 seu opera perpendicularo suo ad æqualitatem redigunt, sic quoq; Ju-
 dicem, cujus cor prudentiæ & justitiæ cote subactum, oportebit
 circumstantijs univèrsis ex quibus animus defensionis æstimari
 potest pensitatis, adhibitâ æquitatis naturalis obrusâ, id quod du-
 rius vel remissius exacto iudicio ad æqualitatem perducere l. 11. ff.
 de pæn. Nam non pro delicti modo delinquentem punire injuriâ
 afficere, nequaquam verò justitiam exercere est. Nov. Leon. 66. Gribald.
 Mopha tract. de homicid. cap. de homicid. simplici n. 3. Ludov. Rom. sing. 3.
 Volezius ad L. Corn. de Sic. c. 7. n. 164. & seqq. Salom. ad l. n. 3. n. 11. Garc. ad
 eam. n. 9. Obr. d. tract. c. 13. n. 16. Harp. ad §. 5. l. de publ. lud. n. 146. & 170.
 Fachin. lib. 1. controvers. cap. 32.

XIX.

Cum defensio sit facti, haut injuria utiq; accusatus de homici-
 dio probationis onere astringitur, per l. 1. ibi, qui si probaverit C. ad L.
 Corn. de Sic. c. un. §. si quis hominem, ibi, nisi per duellum hoc probare possit,
 quod vitam suam defendendo & c. 2. F. 27. Constit. Crim. Carol. art. 141. Bo-
 cerus de bell. & duell. lib. 2. c. 10. n. 67. Isthæc probatio consistit in ido-

nea injusta & infesta, invasionis ab occiso facta articulatione ac probatione, prout in qua necessaria defensio maximè fundata est, ut est textus luculentus in *Constit. Crim. Carol. artic. 142. in pr.* Die Nothwehr ist auff der ersten Tödtlichen ansehung oder benütigung gegründet / *Et postea ibidem*, So einer verflagt Todtschläger seiner berümbten Nothwehr außsündig macht / das er von dem erulebten mit einer Tödtlichen Wehr / erstlich angefochten worden wehr / so ist die Nothwehr durch den verflagten Todtschläger außgeführt / quod etiam confirmant l. 2. ibi, aggressorem occidere, & l. 3. ibi, percussorem ad se venientem gladio repulerit, C. ad L. Corn. de Sic. l. 5. in pr. l. 52. §. 1. ibi, quoniam prior flagello percussus est ff. ad L. Aquil. Dd. autem, ut se quis inculpatæ defensionis clypeo munire possit, duo conjunctim articulanda & probanda, requirunt, primum provocationem & insultationem injustam prius ab occiso factam, & secundum, propulsationem ac defensionem ab occisore susceptam, moderatam fuisse & necessariam, Das es eine rechte Nothwehr gewesen. Verum primum articulum sufficere, omnino stramendum, probatâ enim ipsâ injustâ aggressionem armatâ prius in reum factâ, probata etiam intelligitur necessaria defensio, *Boer. d. c. n. 70. & seqq. Obr. d. tract. 6. 14. n. 52.*

XX.

Hæc probatio sit Testibus, Præsumptionibus, Conjecturis, & adeo privilegiata est, ut possit fieri testibus aliâs inidoneis, ut sunt Domestici pro Domestico, Frater pro Fratre, Affinis pro Affine, Parentes pro Liberis, Uxor pro Marito & c. *Vvesemb. part. 1. consil. 19. n. 12. 13. 38. & seqq. wq. ad n. 45. Gail. lib. 1. de P.P. c. 16. n. 22. Obrecht. d. 17. c. 14. n. 54. Boer. d. c. n. 81.* Item per testes de credulitate deponentes, *Gail. & Boer. dd. h.* Item duobus tantum negantibus maleficium hic plus quam duobus affirmantibus creditur, cum aliâs in causis civilibus plus fidei tribuatur duobus testibus affirmantibus quam mille negantibus *gl. in l. 27. §. 3. ff. de Recep. qui arbit. recep. Gail. lib. 1. de P.P. c. 16. n. 23. Vvesemb. Consil. 19. n. 40.* Præsumptionibus & conjecturis, ex facti & personarum circumstantijs dependentibus, locus non est, nisi dubium adpareat, quis fuerit primus aggressor, vel quando cades facta nemine præsentate & vidente. *Boer. d. c. n. 85. & 86.* Circa qualitatem facti autem cum primis consideratur Locus, quod nimirum aggressor in infami & suspecto delituerit & invalum transeuntem expectaverit, maximè si præparationem quan-

dum

dam armorum adhibuerit *Bocov. d. c. n. 33*: Item Genus armorum, qui enim gravioribus armis loricatedus, cataphractus inermem accedit aggressor praesumitur *VVejemb. d. consil. n. 61*: Item qualitas vulvis & loci percussis, *l. 8. ff. de injurijs*. Circa Personarum circumstantias attendi & ponderari solet, Animositas & audacia, qui enim fortior & animosior praesumitur aggressor, *Mench. cas. 363. n. 6*: Vi-res corporis & aetatis vigor, robustior enim potentior, & Junior praesumitur aggressor *Mench. d. ca. n. 5*. Propinquitas & singularis amicitia. Nam in propinquis & sanguinis glutine colligatis non ira facile praesumitur animus occidendi erga occisum, cum nemo se & sanguinem suum odio habere praesumatur *l. 1. ff. de bon. err. qui ant. sent.* Vita antea & mores tam occisoris quam occisi, ac ita utriusq; animus *& affectus Constit. Crim. Carol. art. 143*. Ex cujuscuq; enim ingenio facta ejus judicamus *l. 12. ff. de pigorat. act. l. fin. in f. ff. de O & A*, & aequum est ut boni nominis sinceritas bono sit patrio i-nio, & nigri nominis macula famoso sit detrimento *l. 5. § 6. ff. de re milit. Carol. constit. art. 143. ibi*. In welchen sollen anzusehen der gute und böse Stand jeder Person; quapropter aggressor non praesumitur qui est pacificus, sed qui facile excitare rixas solitus. Deniq; Utilitas quam quis ex alterius morte sibi obventuram sperat. *Theodor. Colleg. Crim. disp. ult. eb. 6. lit. C.* & id genus plura alia quorum apud auctores ingens acervus. Si autem exceptione proposita accusator replicatione utatur, & conetur probare quod accusatus non adhibuerit moderamen, admittendus est, & replicationis remedium eidem hautquaquam denegandum *d. Carol. Constit. ibi*, doch unabgeschwitten dem Kläger die beweisung / die er dawieder vorbringen wolt. Verumenimverò hac omnia accurato Judicis arbitrio committenda sunt, *d. Constit.* Daraus kan ein gut verständiger Richter ermesen ob der sürgerwendten Nothwehr zu glauben sey / qui confide-rabit ante accusator actionem suam probarit, nec ne, vel deniq; an dubium sit, num homicidium dolo malo & ex proposito, an verò defensionis studio factum sit. Primo casu si accusatio probata, nec à reo elisa est, omnino Judex reum tanquam homicidam condemnare, & ut ultimo supplicio afficiatur, curare debet. Ci r enim secundum desperet, qui laqueum prioris criminis evasit, *Sym-mach. lib. 10. Epist. 44*. Secundo casu si nempe reus accusationem institu-

institutam exceptione defensionis elisit, Judex eum cum refusione sumptuum debet absolvere, quia defensionis exceptione probata ab homicidio excusatur. Tertio casu si dubium sit, an homicidium dolo malo, an verò studio defendendi factum sit, Judex reum potius debet absolvere, quam condemnare l. 47. ff. de O. & A. l. 5. ff. de par. quia in re dubia benigniorem sequi interpretationem, non minus justius est quam tutius l. 192. ff. de R. l. & quia semper conjectura capienda est, quæ hominem pænæ eximit l. 51. ff. pro soc. ac ratio quæ pro reo facit potissima semper est habenda l. 125. ff. de R. l. Obrechs. d. 11. c. 14. n. 63. & seqq.

SUPERPONDIA.

1. Fur qui ruptò laqueo in terram decidit, effigie nullo-fecius in gabalura suffigendus, & reus decapitandus, si ictus inaniter ceciderit rursus est feriendus.


2. Summa Juris est corruptela, que Sponsa, Virgini Vestali, Patri purpurato &c. morti præcipere reum permittit. A qua non dissimilis illa, que ob pompam nuptialem Principis, vel nobi Domini inaugurationem reus graviorum criminum impunitatem concedit.

3. Periculosum est Judici, si ob hoc, quod ad contactum præsentis rei, ex interfecti cadavere, venarum que feris referatis, sanguis eruperit, ad Equuleum vel mortis sententiam procedat, nisi probationes dilucidiores adsint.


4. Constitutionem Inpp. Gratian. Valent. & Theod. in l. 20. C. de pen. ut per dies 30. super statu reorum, fors & fortuna suspensa sit, sanctissimam quam accommodatè vocat Gothofred. Summoperè enim cavendum ne furore præcipientur sententiæ, cum res gravissima sit hominem vitâ privare. Quod itaq; in usu quibusdam populis Septentrionalibus fuisse legimus, qui reum pridè suspenderunt, postridè justè an sicus fecerint, disquisiverunt, quilibet, cui sanum synciput, abominatur.

Πάρεργον.

Maximè improbanda est Jovis Capitolini extrema insolentia, qui honestati pudore, & reverentiæ metu prorsus excusso, Principibus alijsq; ad honoris centrum ebebetis, fatidos pedes veneranda alicujus divine majestatis persuasione, exosculandos obtunderi non erubescit.







the scale towards document

ibuerit *Bocov. d. c. n. 33*: Item Genus armorum, sicut
in armis loricatorum, cataphractus inermem accedunt
mitur *Vvesemb. d. consil. n. 61*: Item qualitas vul-
l. 8. ff. de injurijs. Circa Personarum circumstan-
derari solet, Animositas & audacia, qui enim
or praesumitur aggressor, *Mench. cas. 303. n. 6*: Vi-
tatis vigor, robustior enim potentior, & Junior
lor *Mench. d. ca. n. 5*. Propinquitatis & singularis
a propinquis & sanguinis glutine colligatis non
ur animus occidendi erga occisum, cum nemo
um odio habere praesumatur *l. 1. ff. de bon. eor. qui*
acta & mores tam occisoris quam occisi, ac ita
affe. Jus Constit. Crim. Carol. art. 143. Ex cuiuscunq;
eius judicamus *l. 12. ff. de pigorat. act. l. fin. in f. ff.*
n est ut boni nominis sinceritas bono sit patrio i-
uinis macula famoso sit detrimento *l. 5. § 6 ff. de*
art. 143. ibi. In welchen sollen anzusehen der gute
er Person; quapropter aggressor non praesumi-
as, sed qui facile excitare rixas solitus. Deniq;
ex alterius morte sibi obventuram sperat. *Theo-*
sp. ult. th. 6. lit. C. & id genus plura alia quorum
ens acervus. Si autem exceptione proposita ac-
ne utatur, & conetur probare quod accusatus
oderamen, admittendus est, & replicationis re-
atquaquam denegandum *d. Carol. Constit. ibi*, doch
in Kläger die beweisung / die er darieder vorbrin-
enimverò hac omnia accurato Judicis arbitrio
d. Constit. Darauß kan ein gut verständiger Richter
gewendten Nothwehr zu glauben sey / qui confide-
or actionem suam probavit, nec ne, vel deniq;
m homicidium dolo malo & ex proposito, an-
tudio factum sit. Primo casu si accusatio pro-
a est, omnino Judex reum tanquam homicidam
ultimo supplicio afficiatur, curare debet. Ci r
peret, qui laqueum prioris criminis evasit, *Syn-*
*. Secundo casu si nempe reus accusationem
institui-

076